Baldaſarem Coſſam de Neapoli Diaco=
num Cardinalem Sancti Eustachii in
Johannem Papam XXIII eligunt. Post
cujus electionem Johannes Cardinalis no=
ster Commendatarius, primo tamen Ar=
chiepiscopus, vitam est universae carnis
ingressus, et in sacristia majoris Ecclesiae
Bononiensis sepelitur, vilissimis satis pro
ipsius animae commendatione paratis
exequiis. Post ejus decessum Malatesta
de Malatestis Caesenam dominans Castrum
Ripae Urriani, et Trideroni, et Surcino=
lae, et alia subripit, exinde ammoto
Vicecomite Ravennatis Ecclesiae. Profecit
autem iste Johannes, ejusque avunculus,
vel patruus Cosmatus, ... hujus
Ecclesiae, fructusque permaximos ha=
buerunt, aliter tamen quam nunc
ante districtum Judicem de administra=
tione reddunt rationem. Veruntamen
opto istorum animas, et aliorum defun=
ctorum more christiano ad coelestem Hie=
rusalem evolare. Hujus Johannis tempore
Apollinaris de Gracchis Abbas Monasterii
Sancti Apollinaris novi, inspiratus, ut idem